Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26045
Copyright: Admont, Benediktinerstift



105

ad regionem fidei transitum fac. moto corde non moto corpore. moto in
meliorem. qa uerum quod deserunt fidem mouentur in deteriorem. Ecce in hac uita
quisquis dicit non dum est uita. transit a morte ad uitam. ut in iudicium non ue
niat. Quare autem dicit. quia non est uita. Si uita esset ista uita. non diceret
dns cui dam. Si uis uenire ad uitam. serua mandata. Non enim ait
illi. si uis uenire ad uitam eternam. non addidit eternam. sed tantum dixit uitam.
Ergo ista nec uita nominanda est. quia non est uera. Ista quia est non quia est uita
eterna. audi paulum apl'm dicentem ad timotheum. Precipe diui
tibus huius seculi non superbe sapere. nec sperare in incerto diuitiarum.
sed in deo uiuo qui prestat nobis omnia abundanter ad fruendum. Bene fa
cient diuites. sint in opibus bonis. facile tribuant. communicent.
Quid hoc. audi quid sequitur. Thesaurizent sibi fundamentum bonum in
futurum. ut apprehendant uitam bonam. Si debent sibi thesaurizare
fundamentum bonum in futurum ut apprehendant uitam bonam. profecto ista
in quibus erant falsa uita est. nam ut quid uis apprehendere uera si ea tenes
uera. Si autem apprehendenda est uera. mi grandum est a falsa. Et quomi
grandum. Quo. audi. Crede. et transitum facis a morte ad uitam.
et in iudicium non uenies. Quid est hoc in iudicium non uenies. Paulus
dicit. oportet nos omnes exhiberi ante tribunal xpi. et tu audes promittere quia in iudicium non uenies. absit in quibus. ut ego in
hoc promittere audeam. sed credo promittenti. saluator loquitur. ueri
tas pollicetur. Ipse enim dixit. Qui audit uerba mea et credit ei qui mi
sit me habet uitam eternam. Iam transitum faciet a morte in uitam. et in
iudicium non uenient. Ergo ego audiui uerba dni mei. Iam credidi. iam
infidelis cum esset factus sum fidelis. sic ipse me monuit. transi
iam a morte ad uitam. in iudicium non uenio. non presumptione mea. sed ip
si permissione. Paulus quoque ceteris xpm loquitur. seruus ceteris dnm. dis
cipulus ceteris magistrum. homo ceteris dm. ut cum dicat dns quia qui
audit et credit transit a morte ad uitam. Iudicium non uenient.
dicat apls uenient. dicat apls. oportet nos omnes exhiberi ante
tribunal xpi. aut si ad iudicium non uenient. ut quid ad tribunal
exhibentur. Nescio quem intelligam. Reuelat quoque dns dis nr. et per
scripturas suas admonet nos qui modus intelligatur quando
dr iudicium. hortor ut intelligatis. Aliquando iudicium pena dr.
aliquando iudicium discriminatio dr. Secundum illum modum dicitur

per discretionem